

Cooperazione cordiale tra padre e figlio; accordo intimo, fativo, sincero; mutua fiducia, intimità, nella lettera e nello spirito della dottrina della Chiesa.

La formazione alla vita religiosa, non è semplice istruzione, o cura della disciplina, o avviamento ad una professione: è formazione di una mentalità, di una volontà, di una sensibilità, di un cuore secondo il vero spirito religioso di ciascun Istituto. E' formazione di tutto un essere nuovo.

Illuminare, incoraggiare, richiamare, allietare i singoli. La predica generale, l'istruzione, gli avvertimenti dati in comune sono necessari. La cura *particolare*, dei singoli, ne garantisce il frutto. Non si lasci mancare un tale aiuto.

Mi viene qui di ricordare le prescrizioni del can. 530. Giustamente si insiste e si inculca l'osservanza della prescrizione di cui al § 1 del canone stesso. Legge santa ed inviolabile. Ma spesso si dimentica o si interpreta molto superficialmente, la prescrizione di cui al § 2 dello stesso canone: prescrizione non meno importante della prima.

La confidenza però non *si impone*, nè si pretende; ma si *guadagna* mostrandoci buoni, premurosi, prudenti, operando *fortiter et suaviter*.

Gode stima e confidenza chi veramente ama, chi veramente cura il bene dei suoi, anche con sacrificio.

27. REV.MUS D. IOSEPH MARIA ESCRIVÁ DE BALAGUER, Praes. Gen. Operis Dei, *scripsit*:

Quo facilius ponantur clariusque solvantur quaestiones quae institutum respiciunt iuridicum, illam iuvat prosequi methodum ac rationem quam iuris canonici periti ad rem usurpare solent, duplicem scilicet aspectum considerando; itaque communis evasit in canonico iure tradendo distinctio quae institutorum regimen considerat *quoad constitutionem* et *quoad exercitium*.

Ratio cooperationis nostrae id quidem postulat ut nobis non sit funditus res tractanda neque eiusdem aspectus varii exponendi; opportunum tamen duximus distinctione, de qua supra, uti, tum ad quaestionem apta via atque ratione persolvendam, tum ad breves animadversiones, de re nobis proposita, aptius atque congruentius elucidandas. Illud igitur nobis in animo est, scilicet rebus novis aptare Institutorum regimen quae, ministerio atque magisterio Ecclesiae, integrum perfectionis statum efficiunt.

### *Quoad regiminis constitutionem*

Non expedit facultatem statim concedere ut constituentur Instituta religiosa typica forma hierarchica universalique ornata; convenit vero, prout necessarium aut opportunum videatur, producere tempus probandi Instituta quae prae se ferunt formas iuridicas inferiores inter quas numerantur Piae Uniones, Sodalicia etc. Praeterea instandum atque urgendum est ut sedulo ac diligenter animadvertatur, in tantum Instituta de quibus sermo est, constitui permittantur, in quantum gaudeant progressu ac incremento non solum vi virtuteque apparenti sed etiam, ut aiunt, actuali, ut est cum numero satis sint sodales iidemque firmum iudicium animumque virtute excultum, opes instrumentaque necessaria habeant.

Res vero docet Instituta, de quibus loquimur, firmari atque muniri si quamdam temporis moram patiuntur antequam ad superiorem iuridicam formam perveniant. His praelibatis, quod primo atque summatim animadvertendum putamus profluit ex art. IX Constit. Ap. « Provida Mater Ecclesia » Pii Papae XII, in quo exstat ratio ac regula magna prudentia atque consilio exornata. Ita sonat: « Regimen internum Institutorum saecularium hierarchice ad instar regiminis Religiosorum et Societatum vitae communis congrua congruis eiusdem Sacrae Congregationis iudicio referendo *pro ipsorum natura, finibus et adiunctis ordinari potest* ».

Ut Institutorum regimen, praetermissis rationibus technicis aptioribus in singulis casibus, dici possit novis rebus aptatum, congruere optime oportet naturae, fini ac condicionibus uniuscuiusque Instituti, ita ut quo facilius, quo promptius finis specificus atque suus attingi possit eo magis novis rebus aptatum Institutum dicatur.

a) Hac in re putamus magnopere expedire illa consilia quae, rerum usu et experientia, Instituta saecularia nobis attulerunt vel allatura sunt, cum ista detineant novos específicos fines quibus novae solutiones vel enodationes respondent quae, congrua congruis referendo, accomodari possunt Institutis religiosis. Perspectis natura, fine, condicionibus Institutorum, concedendum est admitti posse non solum quae typum universalis regiminis prae se ferunt, sed etiam typum localis et dioecesani regiminis quod potest iure meritoque partiri in Foederationes et Confoederationes.

b) Optandum est ut ius particulare quod in futuro moderabitur status perfectionis ab Ecclesia agnitos, rationem habeat istius velut novae patefactae viae, quae praebebit facultatem vivendi et crescendi pluribus Institutis quorum natura finis condiciones postulare vel suggerere valeant formam vivendi vel apostolatam cuique regioni proprium aut disciplinam foederativam vel confoederativam.

Ut notum est, valde utiliter ac efficaciter exoriuntur Confoederationes Societatum vitae communis sine votis (Tit. XVII C.I.C.) secundum rationes nuper

prolatas, quae vero informare incipiunt etiam legislationem particularem Institutorum saecularium (1).

Peculiari prorsus attentione digna novissima disciplina de monialibus quae favet foederationibus (2).

Nonnullae ex regulis et ex sententiis de quibus agitur, maximam utilitatem conferre possunt ad iuridice temperandas ac moderandas Adsoactiones sacerdotum ad perfectionem provehendam.

c) Quod ad formam iuridicam *Confoederationum* attinet, notandum ducimus, prout *natura* Instituti postulat aut *finis* vel *condiciones* apostolatus commendant, operam dandam esse ne Confoederationes sese habeant tamquam uniones mere morales. Quam ob rem oportet ut regimine rationes vere iuridicae dentur, ut sunt, verbi gratia, facultas ad transferenda membra de uno in alium locum prout postulat Instituti vel sodalis causa, ius visitandi, uni ex societatis confoederatis procura ac directa communicatio cum Apostolica Sede tribuenda, vigilantia circa electiones vel dimissiones.

d) Insuper expedit, quibusdam in eventibus, ut Superiores consilia habeant de coopératione in re oeconomica ac praesertim de operibus communibus toti Confoederationi, inter quae eminet curandi recteque informandi Instituti sodales. Uniones ita conflatae efficacissimae erunt ut constitutiones fideliter et aequabiliter servantur ac in tuto ponatur a maioribus traditum studium ac spiritus Instituti.

Istae Confoederationes igitur, ut nova tempora postulant, tum firmabunt et renovabunt religionis studium dilabens tum suppeditabunt mutuam praesidium, hodiernis perspectis condicionibus, ad vitam spiritualem materialemque facilius fovendam.

Putamus permittendum vel favendum, prout res atque prudentia fert, Instituta inter se adiungi et connecti Consilio Superiore quod colligitur e singulorum Procuratoribus qui vacent componendis laboribus vel operibus atque augendis apostolatus fructibus. Illa vero Instituta, inter se coniungi valent quae imbuuntur communi studio et finibus utpote quae eundem habent Conditorum vel eandem regulam idemque religionis studium.

Ut Instituta magis magisque rebus novis aptentur convenit, nostra quidem sententia, salvis natura, fine, condicionibus singulorum, favere ut prudenter ac sapienter in unum conformentur ac ordinentur quae nostra aetate commoda quaedam ferunt compagini Instituti, cum bona, tutius ac prudentius, administrari ac sodales securius educari et institui possint.

(1) Cfr. Motu proprio *Primo feliciter*, 12 martii 1948. « Hierarchica interdioecesana et universalis constitutio ad modum corporis organici Instituti Saecularibus applicari valet (Art. IX), et haec applicatio absque dubio internum vigorem, amplio rem et efficaciore influxum atque constantiam ipsis conferre debet. Tamen in hac ordinatione, singulis Instituti aptanda, ratio haberi debet naturae finis, quem Institutum persequitur, maioris minorisve ipsius expansionis propositi, eiusdem evolutionis et maturitatis gradus, rerum adiunctarum in quibus versatur, aliorumque id genus. Neque sunt illae Institutorum formae despiciendae, quae Confoederatione fundentur et characterem localem in singulis nationibus, regionibus, dioecesibus, retinere ac moderate fovere velint, dummodo rectus sit et catholicitatis Ecclesiae sensu informatus ».

(2) Cfr. Const. Ap. *Sponsa Christi*.

e) Quam occasionem nacti, haud superfluum reputamus commovere Superiores Institutorum quae completum statum perfectionis efficiunt, ne, in hac re magni momenti, indulgeant principiis propriis reipublicae gubernandae politicae rationi. Nam illa principia minuunt voluntariam donationem et abnegationem sui quod est fundamentum vitae perfectae, prout demonstrant ascetica atque iuridica monumenta vel memoriae.

Ut patet, excipiendum est quod attinet ad electiones ordinandas principiis iure admissis et agnitis. Attamen et in hac quaestione considerandae ac perpendendae sunt, prout res fert, necessitates quae oriuntur ex natura, ex fine, ex condicionibus uniuscuiusque Instituti. Ut ad effectum perducat in unum conformatio ac ordinatio (centralizatio) brevis haec norma referenda videtur: communi oportet convenire imperium ac potestatem superiorum sive localis, sive provincialis, sive generalis qui sunt velut fundamentum totius regiminis Instituti simulque cavere ut superior certi gradus a superiore altioris, prout iustitia et prudentia fert, inspicatur, ita ut subditi securius ac firmiter protegantur atque arbitrium superioris compepsi possit a superiore immediato.

Peropportunum videtur Generales Moderatores Institutorum religiosorum, ius habere concedendi litteras dimissorias ad ordinationem sodalium qui digni sint.

f) Antequam ad conclusionem veniamus quaedam animadvertenda putamus de regimine interno Institutorum, relate ad potestatem Ordinarii loci.

Ut quaestio recte proponatur, quaedam praemittenda sunt de exemptione quae attendita natura iuridica omnibus nota, definitur a iuris canonici peritis « *immunitas a iurisdictione* » atque duos ad aspectus complectitur rite perspicandos ne illa exemptio imperfecta, immo, odiosa videatur. Exemptio praebet ad aspectum, ut ita dicamus, *negativum* quo solum attento, apparet odiosa, cum prae se ferat vel contineat immunitatem iuridicam a potestate Ordinarii loci. Sed insuper considerandum atque notandum est ad aspectum *positivum* qui exemptionis veram significationem atque vim ostendit: nam ubicumque deficit vel terminis circumscribitur Ordinarii loci potestas, prodit directe et immediate Romani Pontificis potestas.

Exemptio praebet duos novos ad aspectus veluti duas diversas rationes (ambitus) sedulo attendendas:

Prior est ad aspectum *internum* qui tendit ad tuendam convenienter idoneaque facultate seu potestate interna, vitam atque motum societatis status perfectionis studiosae.

Talis exemptio quoad *regimen, administrationem, disciplinam, diffusionem* Instituti, promovenda est cum efficiat illam autonomiam internam necessariam ut institutiones ab Ecclesia adprobatae suum finem specificum assequi prorsus valeant.

Opportunum vero est temperare ad aspectum *externum* exemptionis ita ut Ordinarii loci efficaciter possint regere vel inspectioni subiicere quod attinet ad ministerium territoriale et dioecesanum atque ea omnia quae ordinem publicum respiciunt, vel interesse possunt v. g. delicta, clausuram, quae-stus etc.

Ad quaestionem rite absolvendam, pauca dicenda sunt de ratione qua ad effectum deducantur exoptata conformatio ac ordinatio (centralizatio) ad unum. Superior, qua prudentia est, non debet convertere centralizationem de iure in centralizationem de facto, sed factus forma gregis ex animo sedulam det operam ut quae in quoque Sodalium sunt optima efficaciter sollicitet, suum unicuique tribuat, ipse vero conscius semper de propria responsabilitate rationeque reddenda illam non deneget subditis libertatem quam habet ius concedendi.

Tali igitur exercitio gubernandi efficiet rerum bene versatos viros, velut schola erit recte iudicandi simulque alet apostolicos fructus Instituti. Superior perpendat potestatem iuridicam sibi collatam ad se avocandi quaestionum discrimen, utendam esse nec habitualiter nec leviter sed tanquam extremam rationem raro summaque moderatione adhibendam.

Qui munere regendi fungitur ne moveatur opinione vulgata eorum qui putant officia gubernandi tradenda esse sodalibus aetate proventis; sed magni aestimet, praeter prudentiam et rerum usum peritiamque seniorum, etiam vires studiaque iuniorum, qui optima omnia iudicantes, haud dubia commoda et utilitates Instituto afferre possunt. Iuniores sodales, re quidem vera, multo facilius ac minoribus incommodis reguntur, amoveantur vel substituuntur. Crebrae mutationes, quae non sint nimiae, alia ex parte, possunt tum provehere gubernandi rationem tum praebere sodales complures consilio et prudentia praeditos. Consequenter illud in re ascetica notum periculum devitabitur, ne quis se necessarium esse putet.

Iterata electio eiusdem personae ad munus Superioris ob-eundum non debet timorem vel metum iniicere, tamen ne extra modum hoc fiat; qui curam gubernandi suscipiunt ita debent communitatis bono et sodalium spirituali profectui providere ut nemo amittat studium ac gustum oboediendi.

I. Necessitas « societatis » ab Ecclesia erectae atque ab ipsa approbatae et ordinatae in qua status perfectionis unice recognoscitur.

Il ne peut être en rien question de regretter que les états de perfection ne se rencontrent qu'au sein de « sociétés », ni qu'une telle communauté de vie ne soit une « société » érigée, approuvée et réglée souverainement par l'Eglise et en particulier par l'autorité suprême. On ne peut à cet égard - et l'histoire des Ordres et Congrégations à travers les siècles le confirmerait amplement - que souhaiter une législation commune. L'action législative actuellement poursuivie au sujet des Instituts séculiers est, à elle seule, une preuve suffisante de la nécessité d'une intervention de l'autorité suprême et centrale. Seule cette autorité peut, vraiment et efficacement, garantir la valeur de telles institutions nouvelles, orienter un grand courant d'ensemble, unifier, en vue d'un meilleur rendement, des législations pratiques inévitablement diverses, donner cette législation commune, qui, sans nuire au développement, apporte sécurité et stabilité.

Mais, en retour, ne devons-nous pas prendre conscience des difficultés que peuvent susciter une unification trop poussée jusque dans les détails, une action centralisatrice de l'autorité hiérarchique trop marquée? Question de mesure pratique toujours délicate à déterminer. Nous donnerions volontiers un exemple. Il est certainement nécessaire d'exiger qu'avant toute érection d'une Congrégation ou d'un Institut de droit diocésain, l'évêque obtienne une permission de la Sacrée Congrégation des religieux. Il suffirait d'en appeler aux faits pour justifier une telle prescription. Un tel acte de la S. Congrégation ne peut évidemment être posé qu'en connaissance de cause: de là l'obligation de fournir tous renseignements: « quae pro erectione Congregationum Societatumve vitae communis iuris dioecesani in Normis (a. 1921, nn. 1-5) impertitis definiuntur atque de aliis quae ex stylo et praxi eiusdem Sacrae Congregationis inducta sunt vel in posterum inducentur ». Or, on sait que maintenant « exigitur schema satis completum Constitutionum, quae quidem non approbantur, sed et attente revidentur et ad Episcopum notatae remittuntur, ut ab initio omnia recte ordinentur ». Les raisons, ici encore, d'une telle règle sont évidentes. Toutefois quand on sait par ailleurs qu'il « n'est jamais permis ensuite de modifier les différents points qui ont été ainsi, bien que non approuvés formellement, « recognita, probata . . . nisi (ipsa S. Congregatione) consentiente », on peut craindre parfois qu'au cours des premières années le développement d'une société nouvelle ne soit, parce que fortement construite déjà au point de vue juridique, quelque peu paralysé. L'histoire des anciens Ordres, de nombreuses Congrégations nous montre en effet combien, durant les premiers temps, les Instituts en cours de formation, doivent tâtonner et chercher leur voie, procéder par essais et du coup accepter des additions ou modifi-

(1) Cfr. Larraona, CpR, 1949, pag. 228, n. 7.

(2) Cfr. Larraona, l. c.